



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectura Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae Agrippinae, 1653**

5. Deus Architectus Sapientissimus. Sapientia Architecto est propria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

## ARTICVLVS V.

DEVS ARCHITECTVS SAPIENTISSIMVS.

*Sapientia Architecto est propria.*

POST Spiritum DEI Beseleeli ad architectandum cōmunicatum, additur Sapientia, quæ secundum vocē originariam, complectitur, tum certam rerum, tam humanarum, quàm Diuinarum cognitioem; tum prudentiam, ac futurorum prævisionem, quæ prouidentia nomine denotatur. Est autem Architecti proprium ornamentum Sapientia, Quare DEVS, quando, vt Architectus inducitur Sapientia illi cum Prudentia adsignatur. Ieremiæ x. *Qui facit terram in fortitudine* (id est, Omnipotentia) *sua: preparat,* (hoc est, firmat) *Orbem in Sapientia sua: & Prudentia sua extendit calos.* Quibus indicat Propheeta, inter perfectiones Diuinas, Sapientiam potissimum esse & Potentiam, quas DEVS, tanquam Architectus in Mundi fabricâ, & rerum omnium opificio constituendo & conseruando adhibuerit. Et est sanè DEI Sapientia Architectonica, immensa, nullis constricta terminis. *Sapientia eius non est numerus,* Pl. cxiv. nobis incomprehensibilis. *Sapientiam DEI precedentem omnia quis inuestigabit?* Ecclesiastici i. Vbiq̃ obuia: *Effudit illam super omnia opera sua,* Ecclesiastici i. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine. omnia in Sapientia fecisti.* Plal. ciii.

## ARTICVLVS VI.

PAVLVS APOSTOLVS

*Sapiens Architectus.*

PAVLVS si quis alius ex Apostolorum choro, habuit omnes illas dotes, ac virtutes, quæ in Architecto Christiano uumeris omnibus absolutissimo requiruntur